cum suis ædificijs in eadem civitate vobis dare promittimus, qualis ista nostra datione in illo die paruerit. Quod tibi Rangemprando Notario scribere jussimus. Actum Salerno in Sacro Palatio, mense, et Ind.ne supra. feliciter.

856 vel 861

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. temporibus gloriosissimi Adelchis summi Ducis gentis Longobardorum, anno 9.° gloriosi Ducatus ejus, mense junio, Ind. 4.° Sicut non sunt omittenda, ut quotidie non defleantur præterita peccata, ita reminiscenda sunt retroactas versutias; et unde proposuimus questione licet necesse est retexere ordinem: ideoque ad clarum deducenda sunt. Eo quod Podescalcus qui fuit quondam Dux, per cartulam offertionis contulerat Monasterio S. Dei Genetricis Mariæ, quod situm esse videtur in Sernias in quo decreverat Annam coniugem suam regulariter vitam degere, et de sua substantia per singula loca nominative dare, qualiter ipsa dum adviveret Monasterij famuli nullam in posterum necessitatem paterentur; sed nec patiantur occulto Dei judicio minime compleverunt suam devotionem, nam res illa vivente ipso, et Anna ad Monasterium S. Vincentij sunt per ipsius Præceptum devolutæ: Sed dum ipsis in fugam positis, perierunt, tunc Rysulfus quidam Dux impublicavit omnes res eorum, et concessit per singulis fidelibus suis, etiam et illas quas Monasterium S. Vincentij habendi dixerunt; unde postmodum per judicatum domnæ Scaniperge, et dñi Liudprandi ad Monasterium sunt receptæ, sed non omnes. Pro quas vero res surrexerat Alahis adversus Monasterium cum Præcepto Rysulfi g.m Ducis, et capit agere contra Monasterium, qualiter ipsas res in suo jure defenderet: et dum multæ exinde causæ emersissent, convenerat inter Alahis, et Monasterium quid quisque per scriptas habere debuisset: sed nec in hoc consensus fuit pertraxit causam ut ad judicium domni Aystulfi Regis Ticino pariter coniungere debuissent, sicut et factum est: et ipse per suum judicium confirmaverat manum illam quam Alahis consignaverat, qualiter inter ipsus et Monasterium convenerat: Sed nec sic potuit Monasterium in omnibus suam invenire justitiam. Iterum commota causa cum Radoaldo Gastaldeo per plures vices in præsentia dñi Arichis intentionando pro causas de filijs, et nonas suas, seu germana eorum Eufemia ancilla Dei, g.m Alahis de prænominata substantia vix tandem per ipsius judicium ad nostram prævaluimus pervenire justitiam. Hijs expletis, et omissas omnes retroactas causationes inter Joannem Abbatem, et Radoaldum Gastaldeum qui procurabat causas de filijs, et nonas suas vel de Eufemia præd.æ germana eorum, causas pacinationis de suprascripta substantia quid

habere